



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 52. Maximilianus Romanorum Rex salutatus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

tribuebatur, errore haud novo; quippe Sæcul. XV.  
 longo retro tempore alium quemdam A C. 1486.  
 Tartariæ Principem haud graviore ratio-  
 nis momento, aut forte ob vitiosam no-  
 minis pronuntiationem ita appellatum  
 fuisse legimus.

§. LII.

*Maximilianus Romanorum Rex  
 salutatus.*

Jam dudum S. R. I. Electores Frideri-  
 cum Imperatorem impense rogabant, Nacler. Chron. Ge-  
 ner 50. p. 503  
 ut Principum Germanorum comitia in-  
 diceret, in quibus de novo Cæsaris suc- Burch. in  
 diar. Cæren  
 cessore ageretur, & Maximiliano ejus Fi-  
 lio Germanicum imperium assereretur. Krantz. 13.  
 sax. 1.  
 Ægre Imperator annuit Principum vo-  
 tis, tandem tamen Friderico, hujusque Michov. l. 4.  
 c. 73.  
 Filio præsentibus, Francofordiæ die vi-  
 gesima Januarii conventus celebratur, & Crom. l. 29.  
 Bonfin. dec. 4  
 l. 7.  
 decima sexta Februarii Maximilianus ob-  
 servata Bullæ aureæ forma ab Electori-  
 bus in Regem Romanorum electus est.  
 Suffragabantur sex Romani Imperii E-  
 lectores, videlicet Moguntinus, Colo-  
 niensis & Trevirensis Archiepiscopi, Co-  
 mes Palatinus, Dux Saxoniae, & Mar-  
 chio Brandeburgensis. Vix electionis  
 hujus Nuncium Maximiliani Orator, qui  
 tum Romæ versabatur, compererat, cum  
 primum sibi, præ ceteris Regum ac Prin-  
 cipum

Sæcul. XV.  
A.C. 1486.

cipum Oratoribus, dignationis, locique prærogativam deberi contenderet; ast lite in publico Purpuratorum Senatu proposita decisum, nihil immutandum esse, donec Maximilianus missis Romam legatis obsequium præstitisset, ac pro Electo Romanorum Rege habitus fuisset; cum enim Wladislaus Bohemiæ Rex Francofordiensibus comitiis absens imo nequidem ad ea vocatus fuisset, & aliunde eum cum Friderico similtates fovisse constaret, eoquod Cæsar Bohemo quodcunque auxilii genus denegasset, foedusque cum Hungariæ Rege sanxisset; ideo haud temere suspicabantur quam plurimi, Wladislaum Maximiliani Electioni oblectaturum.

§. LIII.

*Inauguratio Maximiliani.*

*Freher. to. 3.  
rer. Germ.*

Reapse Bohemiæ Rex se ad Comititia haud invitatum fuisse, ægerrime ferebat, ac se hoc pacto neglectum graviter conquestus est apud summum Pontificem, ab eoque petiit, ut S. R. I. Electoribus scriberet, ne illum suo jure privarent; verum insuperhabitis hisce querelis Maximilianus in Regem Romanorum eligebatur, ejusque ultima coronationis solemnia celebrata fuere Aquisgrani die nona Aprilis, ibidemque Archiepiscopus Colo-